



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 71. Beatus Didacus a Sixto Papa Sanctis annumeratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1588.  
quem etiam quadam sacra doctrina im-  
buit. Porro Adornius hujus Congre-  
gationis Auctor Anno Incarnationis  
dominicæ millesimo quingentesimo  
nonagesimo primo in Sanctitatis fama  
Neapoli obiit.

## §. LXXI.

*Beatus Didacus a Sixto Papa San-  
ctis annumeratus.*

*Bull. Const.*  
*82. p. 688.*

*Wadding.*  
*annal. Fr.*  
*Min.*

*Baillet vie*  
*des Saints*  
*au 13. Nov.*  
*tom. 3.*

**H**oc item anno Sixtus V. aliam adhuc  
septima Julii die edidit Constitutio-  
tionem, qua Beatum Didacum, seu  
hispanice Diego dictum, quod haud  
aliud, quam Jacobi nomen est, Sancto-  
rum albo inscripsit. Erat is natus in  
sancti Nicolai villa Hispalensis Dicoce-  
seos, qui plusquam viginti sex abhinc  
annis e vita excefferat, ejusque Cano-  
nifatio apud Pium IV. Pium V. & Gre-  
gorium XIII. vehementer a Philippo II.  
Hispaniarum Rege urgebatur, qui ad  
hoc pietatis studium, gratique animi  
testificationem incitatus erat, eoquod  
ejus Filius natu major Carolus hujus  
sancti Viri patrocinio pristinae sanitatis  
gratiam præter naturæ ordinem Anno  
a partu Virginis millesimo quingentesi-  
mo sexagesimo secundo impetraverat.  
eapropter Pius IV. jam anno Christi  
millesimo quingentesimo sexagesimo  
quinto tanquam hujus causæ Depu-  
tatos

tatos quinque Cardinales, & tres Hispaniæ Episcopus nominabat, ut in hujus sancti vitam in ipsis illis locis, ubi is vixerat, inquirerent: postquam vero ad hoc negotium penitus absolvendum cuncta erant disposita, interveniente quodam dissidio cum Sede Apostolica, rei executio differebatur usque ad Pontificatum Sixti V., qui idem Fratrum Minorum institutum æque, ac beatus Didacus olim, profitebatur, hinc Ordinem sancti Francisci honoraturus ad absolvendam hanc Canonisationem animum præ suis Prædecessoribus magis propensum exhibebat, moxque Congregationem instituebat, ut omnia hanc in rem necessaria accurate discuterentur: porro hoc examine finito Canonisationis diploma edidit Pontifex, festumque hujus sancti diem sub ritu simplici celebrari voluit duodecima Novembris, qua die Didacus olim animam Deo reddiderat: Innocentius vero XI. postea sub ritu semiduplici hoc festum die decima tertia ejusdem Mensis coli præcepit. Ceterum hujus Canonisationis festivitas cunctas antea celebratas sua magnificentia longe superabat, plurimumque opinio eo abibat, quod ipsemet Sixtus V. illam precationem, quæ in hujus sancti festo in Breviario Romano recitatur, composuerit.

§. LXXII.

Sæcul. XVI.  
A C 1588.